



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Argenti viui sublimati præparatio. Cap. XIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

In aquam effluet, hanc in phialam vitream indes, & balneo aquam expirare sinito, exempto sedimine vteris. Nos

*alio modo*

etiam usi sumus. Cochleas in fistili vase sub dio ponito, ut triduo fame laborent, & inedia tabescant, purgenturq; inde magnetem argenteum, siue talcum in pollinem subtilissimum redactum, cum oui albumine permisceto, & vnguem parabis: eo testaceum vas perline, & cochleas in eo ponito: nam talcum vorabut, ubi totum absumperint, & egerint excrementa, cochleas cum suis testis cōtere, & recurvo vase impositis, leui igne aquam extrahes, elabens humor mire ad faciei nitorem conciliandum valet.

*Argenti viui sublimati preparatio. CAR. XIV.*

**D**I XIMVS nullam rem ad mulierum smegmatum scilicet & abstergendum, & ad concilandum nitorem præstantiorem reperiri, quam argenium viuum: ideo quā plures modos illud præparandi apponemus, ut ijs pro voto fruaris. Sumito sesquiam argentī viui legiti, & non adulterati plumbo: nam si plumbum remistum fuerit, oleum, & operam perdes. Quomodo repurgetur, cognoscaturque alibi diximus. Hoc in selibram argenti viui sublimati commisceto, & in marmorea pila imponito, ac ligneo pistillo novo in carbem circumterendo exagitabis. Primo nigrescit, sex horis inalbescit, si atterere non desieris. Tunç salis albi sesquiam addito, pistillo semper circumteredo, nam quanto diutius contriueris, eo perfectius reddes: ubi optime detritum erit, lauari oportet. Feruentem limpidam aquam in pilam inspergit, & conturbato, ac immorator tantisper, dum limosa pars subsideat, & sordes, quæ leuiores sunt, & superius ierant, vas in latum inclinando, sensim aquam projicio, & aliam super infundito: hoc quinques, aut sexies identidem facito, donec purus, & merus puluis, sordium expers remaneat, colliges in pastillos, & Soli resiccari curato. Sunt qui dura conterunt, aquam irrortant, ne attritu adeolemit pul-

Aa 5

uis reddatur, vt in auras euolare possit. Summare iste, vt optimè repurgatum, & exagitatum sit, ne excollatione turbetur, quod pessum ierat, & ipsius pars depereat. Sunt qui in ventre ollæ foramen aperiant, vt vbi tele derit, reserato foramine, aqua cum sordibus foras pro labatur. Alij argento viuo sublimato tertiam argenti viui partem addunt, & lignea pila conterunt: interim grana quatuor mastiches ore versant, & sputum, quod ore lente sevit, in pilam proisciunt, dum, vt diximus, al bicet, mox in radicis brioniæ extillata æ aquæ libram, & cum eo ebullire facias usque ad consumptionem, inde obtento linteo excepturo ori vasis, excolant, & soli expoununt, puluerem ex gummi tragacanthæ in trichos formant. Alij argento viuo sublimato sextam partem viui addunt circumferendo, & post caphuram boracem vocatam, & cerussæ dimidium addunt, simulo minia permiscendo. Summa rei est, dum conteritur, ptimum erit, aquam irrorare, ne attritu adeo leui pulvis reddatur, vt in auras euolare possit, dein aqua ussa, quicquid sordium est, in sublime feratur, & facilius effluat, tunc quando elotum est argentum sublimatum, vt confidat, relinquitur, mox aqua priore effusa, nouam immittunt, lauantq; idq; saepius, dum sati esse, lauantibus videatur, & nigritia non supernatet. Sed nulla præstantior, vt diximus,

### Argenti viui aqua.

Sunt, quæ sublimatum argerum viuum non sustinent ob noxam, quam dentibus inferre solet, sed aqua vtuntur. Sed equidem nulla præstantior paratur aqua, quam quæ ex argento viuo extrahitur, clara, & pellucida: nam ea facie perlita, nitet, albet, & argenteo splendore fulget, cutem contrahit, & mollem illico reddit, nec alteram præstantiorem videre contigit. Extrahendi modus iam patuit.

Cerussæ ad faciem quomodo præparentur.

C A P. X V.

**Q**VIA sublimatum argentum viuum noxiū est  
valde, adoperum est id opus exequi cerussa, sed  
non ylicito modo, vt sine cutis, & dentium damno voi  
componas.